

quam compositis plurimis, at inopportune adhibitis. Tota enim opportunitas in concoctione consistit, in qua facilius est humorem turgentem ducere (§. 36.); difficile autem in cruditate, in qua tota inopportunitas sita est. Verum non peracutos solum morbos concoctiones nancisci, sed et diuturnos (f), quorum & solutiones certis concoctionum temporibus perfici, satis per experientiam constat, & ab Hippocrate etiam recte olim dictum est, quos et in iis facilius quis curare queat, quam extra eas cum largis medicamentis (g).

- §. 46. Quin etiam dum quis naturam, vim nimirum motuum & resistentiae, medicationibus perturbat, & iis inopportune & intemperanter adhibitis (§. 41.), atque inutilibus quidem, ac largioribus medicamentis, concoctiones morborum tempestivas facillime tollit, omnesque simul propensiones cito pervertit, atque judicationes summe utiles inhibet, adeoque morbum longum,

H 2

aut

---

(f) id. ib. L. I. p. II. sect. IX. 2. (g) id. ib. L. I. p. III. sect. III. 13. seq.